UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Bucolicorum. P. Virgilij Maronis luculentissima ac familiaris vocabulorum explanatio

Vergilius Maro, Publius

Anduerpiæ, 1521

Proemivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30564

Visual Library

PROEMIVM.

In. P. Virgilij Maronis Bucolica Hermanni Tortentini Commentarij.

Virgilij natalis ⁊ patria VIgilius Maro, Latinorũ poetarũ facile princeps
natus fuit. Cn. Pompeio. M. Licinio craſſo primũ ꝯſulibus
Idibus Octobribus in pago qui andes appellat/nõ longe di
ſtans ab vrbe Mantua. Parentes habuit modicos ⁊ ruſtice
rei ſtudioſos/ipſe tñ ingenij bonitate litterarũq; flagrantia cla
rus immo clariſſimus euaſit. Auguſtoq; Cęſari charus fuit.
Nã cũ ⁊ latinis ⁊ gręcis litteris apprime eſſet edoct⁹ ad poeticẽ ſe ꝯtulit Adhuc
fere puer in baliſtam latronẽ hoc diſtichon ſcripſit. Monte ſub hoc lapidũ tegit
baliſta ſepultus Nocte dieq; tutũ carpe viator iter. Deinde adoleſcẽs Moretũ
Culicẽ ⁊ alia ſcripſit opuſcula. Annos ãt octo ⁊ viginti natus Aſinij Pollionis
hortatu Bucolica ſcribere cępit: trienioq; ꝑfecit. Quoꝝ ſcribendoꝝ cauſa hęc
fuit Auguſtus Cęſar agros Cremonenſiũ q̃ hoſtibus ipſius fauerãt militibus
ſuis dederat. Sed cũ agri illi militibus nõ ſufficerẽt additi ſunt eis agri Man=
tuani q̃ erãt ꝓximi. Virgilius itaq; ſuo quoq; priuatus agro Romã venit ⁊ in=
teruentu Pollionis ⁊ alioꝝ procerũ agrũ ſuũ recuperauit/qđ in ęcloga prima ⁊
Bucolica alijs quibuſdã locis apte oſtendit ⁊ Auguſto gratias agit. ¶ Bucolica vero in
terpretant paſtoralia. i. colloquia ł carmina paſtoꝝ. Nã bucolicos gręce dr bou
paſtor. Vñ bucolicus. i. paſtoralis ł ad bucolicũ ꝑtinens. Apud gręcos bucoli=
ca ſcripſit Theocritus Sidus/quẽ Virgilius imitatus ẽ/⁊ multa illius carmia
in latinũ traduxit. Diuidunt ãt Bucolica in decẽ particularia carmina q̃ vocant
ęcloge/licet vulgo ſcribant ęgloge. Sed Neſtor Nouarinſis oſtendit c nõ g de=
Ecloga bere eſſe ſecundã litterã. ¶ Aecloga interpretat eloquiũ teſte Joanne Caſtro=
no. Itẽ cũ tria ſint genera dicendi ſiue ſcribendi autore Tullio. Humile ł tenue/
temperatũ ł mediocre/grandiloquiũ ł ſublime. Virgilius aptiſſime vſus ẽ his
tribus generibus. Nã bucolica ſcripſit humili ſtilo ꝓut exigebat materia. Geor
gica ãt mediocri. Eneada vero ſublimi ſtilo ꝯpoſuit. A Bucolicis igit auſpican
da poeſis ẽ qđ Itali faciũt apud quos pueri Bucolica ediſcũt/ob idq; litterati
atq; diſcreti iuuenes euadũt. In nr̃a vero barbarie perrarus ẽ etiã ꝓuectus in
philoſophia q̃ bucolica teneat. Immo qđ indignius eſt multi nephas arbitrant
poeſim legi/ſine q̃ tñ nemo litteratus fieri/nemo priſcos illos theologos intelli=
gere poteſt. Nos igit ob adoleſcentũ ſtudioſoꝝ qualemcũq; ꝓfectũ/iſta diuino
freti fauore collegimus/vt quibꝫ audiendi Virgilij copia nõ dat ſaltẽ legendi il=
lius aliqua ſit facultas/⁊ vt ꝑ ſeipſos vtcũq; intelligãt quibus deeſt vnus inter
pres. Nã his bucolicis (q̃ principiũ poeſeos ſunt) intellectis ⁊ cognitis facilior
erit ad alia maiora ꝓgreſſio. Faceſſat igit inuidia/ſileãt ęmuli/quibꝫ vnus is la
bor ẽ/alioꝝ labores carpere/cũ ipſi nihil in mediũ afferãt niſi forte alijs ablatũ
⁊ qđ intollerabile ſcelus ẽ clã lectitãt atq; diſcũt qđ palã vellicãt atq; vituperãt
Sed hos cũ ſua ſtultitia vł potius malicia relinquamus indigni ſunt eñ de qui
bus verba fiant.